enim propter nos paena facta est ut in ipsa amittamur, sed ut
liberemur ex ipsa; Talem enim habemus d(omi)n(u)m amatorem gene
ris humani, misericordem atque clementem, qui nos ad se con
uersos de gehenna liberat; Testificatur namque dauid dicens
D(eu)s iudex iustus fortis & patiens, numquid irascitur p(er) singulos
dies? Nisi conuersi fueritis gladium suum uibrauit & arcum suu(m)
tetendit & parauit illum; & in eo parauit uasa mortis, sagittas
suas arsuris operatus est; haec autem d(eu)s non ut nos iudic& sed ut
sollicitissimus & praecepta ipsius obseruemus; Quod si contemnimus
inexcusabiles sumus. Nam si noluiss& nos p(er)dere, non utique pro
prium pro nobis fudiss& sanguinem. Mortuus est ergo ut tibi
inmortalitatem donar&. Esuriit ut te sua carne satiaret.
Sitiuit ut te proprio potar& sanguine; Sup(er) asinum sedit ut te
sup(er) cherubin sedere facer&; Baptizatus est ut te inluminaret.
Alapis caesus est ut te a seruitio liberaret. Uiator factus est
ut te sine labore facer&; Nauigauit ut te sine timore redder&,
Ex muliere natus est ut praeuaricationem deler&.
Homo appellatus est ut te d(eu)m uocaret; Filius hominis dictus e(st)
ut te in filium adoptar& d(e)i; Accepit que erant nostra & de
dit nobis quae erant sua; Orauit ut te fidelem facer& sicut di
cit sup(er) lazarum; Pater glorifica filium tuum ut & filius tuus
glorific& te; & uenit uox de caelo dicens: Glorificaui & iteru(m)
glorificabo; Scio q(uonia)m semp(er) me audis, sed propter adstantem tur
bam dixi ut omnes credant quia tu me misisti; Si quid igitur
sustinuit non propter sem& ipsum neque propter patrem suu(m)
sed ut saluar& per crucem genus humanum. & si nos te desideras
k(arissi)me uirtute meruciss & quanta ut possum ad eius laudem

2